M0007150: Manuscript page from Chirurgia Albucasis

Publication/Creation

30 July 1940

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/jedkp2eq

License and attribution

Wellcome Library; GB.
This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

ut non accidant tunc cauterizetur ruptura
cum cauterio rotundo secundum quantitatem eius. Et
illud quod adhibuntur ex cautere sicut est cera
eius deinde cura ipsum cum eo quod diximus
et iam adductum. Alii dixerunt quidam prius
ut cauterizetur ruptura cum cauterio trian
gulato secundum hanc formam postquam signatur

cum encausto. et ponitur linea que est
in latitudine in latere superiore rupture
et linea altera ad inferius. Et depone
manum tuam in medio cum cauterio uno
olivari. Sed cauterium primum est melius.

Quando accidit de cauterizatione
in quibusdam membris a stupore
eius aut percussione dolor tempore longo et non
confert in eo curatio cum medicinis. tunc
oportet ut cauterizetur cum cauterio punctali.
Et sit cauterium omnis membri secundum latitudi
nem eius et magnitudinem eius et ipsius putrita
tem et debilitatem eius et ipsius virtutem et
locationem torsionis et doloris ex eo. Si igitur
sanatur ex cauterio primo est bene. et si non
tunc itera super ipsum cauterium. quoniam de con
suetudine horum dolorum est ut permute
tur de membro ad illud quod appropinquat ei.
Ergo oportet ut consequaris eos cum cau
terio donec sanetur infirmus. De cau

Leprosi autem quandoque iuvantur cum cauterio
iuvamento magno et precipue species lepre
que fit propter putrefactionem humorum flatis et melancolie.
Cum ergo vis cauterizare ipsum. considera
si ergo lepra est incipiens et curasti eum quo
eo diximus in divisione et non descendit
neque stat. Sed times super infirmum quod comprehen
dat corruptio secundum totam complexionem eius
tunc cauteriza eum super caput quinque cauteriis
uno in medio capitis noto et uno inferius
eo versus frontem. apud finem capillorum
et duobus super duo cornua et uno posterius
super nucham. et ultima manum tuam
cum cauterio parum. donec imprimat in osse im
pressionem parvam. et dissolvatur ex eo cortex ut
alleviatur expiratio vaporum crossorum
ex eo. Et cauteriza cauterio etiam super ipsum sp
lenem secundum quod precessit. Si autem lepra iam spar
sa est super infirmum et apparet manifeste. tunc
oportet ut cauterizes cum istis cauteriis que
diximus in capite. et cauterio super extremitatem
nasi. et duobus cauteriis super duas maxil
las. et duobus cauteriis super spondiles col
li. et sex super spondiles dorsi. et uno ma
gno super albaosos apud granum caude. et
uno super ipsum. in ipso almaydam. et du
obus super anchas. scilicet super omnem ancham uno.
et duobus super genua et uno super omne genu.
et duobus supra humeros. et duobus super
cubitos et duobus super tenenitudines pec
toris sui. Et cauteriza ipsum super omnem iunc
turam extremitatis digitorum manuum
suarum. et pedum suorum. et cauterio super omnem
calcaneum pedum suorum et focilia manuum
suarum. et cave tibi a nervis qui sunt super po
stremum calcanei ne comburas eos. Et in
quandoque cauterizatur cauterio super os pectinis
et alio super os stomachi et alio super epar. Et sci
as quod quanto plus accidit cauteriorum est magis
iuvativum et magis conferens. et scias quod in
firmus non invenit dolorem cauterio sicut
[illegible]